

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Vicium i  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Vicium i:

Prima uicia decepte menti quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed que sequuntur dum mentem ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentem confundunt.

Gregorius XXXI. moralium.

Fons proximus:

Praeterea, vitia capitalia videntur esse leviora quam alia quae ex eis oriuntur: dicit enim Gregorius, XXXI *Moral.*:  
Prima vitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se ingerunt: sed quae sequuntur, dum mentem ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentem confundunt.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 36.4.2 (P. Caramello ed., p.198).

Fons primus:

Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitus ululare, quia prima uitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se inserunt, sed innumera quae sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31.45 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1611, ll.63-67).